

RÉVAI MIKLÓS LEVELEI PAINTNER MIHÁLYHOZ.

— Nyolczadik közlemény. —

72.

Nicolaus Michaeli Suo Salutem.

In prioribus literis meis puto me insinuasse aegrotationem meam: cuius vis, modo increscens, modo remittens, misera hac alternatione in hunc vsque diem me non sinit bene valere. Aurea vena, verno aequinoctio recrudescens, tantis me doloribus exagitat, quantos nunquam sum antea expertus. Crudele malum! Ob quod nuper tantum potui Martinum nostrum adire. Is tibi salutem reddit cumulatissimam. Habes virum tibi amicissimum: qui et alterum hoc negotium, quod nunc moliris omnibus viribus promoturus est. Neque ego deero partibus meis apud Patronum. Multum gaudeo et de hoc iam mitiore te esse animi sententia.

Non potes dissimulare, te hominem esse Comitatuum strepitibus assuetum: qui tam pronus et ad solennem protestationem, et tuo, et aliorum nomine, ac persona, interponendam. Non tibi in mentem venit, quod de pietate nuper scripsi, id neque mea, neque tua, neque aliorum, qui nobiscum consentiunt, dictum esse loquendi ratione; sed eorum, de quibus locutus sum. Hi, pharisaico artificio cum se *Pios* ostentant, ceteros non illo modo pios, dum seueri sunt, *impios* criminantur: dum aliquanto humanius agunt, minus *pios* vocitant. Vide, an offendi potueris re historice memorata, non meo, sed istorum loquendi modo.

Te primum mihi obiicientem patrotico meo strepitu Görögio nocitum fuisse. Mouit me subita rerum conversio. Et cum aulae propensionem, qualem vidi saepe; magnam sciuerim; magnam suspicabar fuisse et adversam molitionem. Ea coepta est promotio illico Görögio; et continuata fuisset, etiam ad exitum deducta, vt reuera deducta est, etiamsi ego altum tacuissem. Volui rem penitius pernoscere, qui praetextus potuerint obmoueri. Audi itaque, quid mihi Vienna scriptum sit. Obstupui, cum Görögium, quem ego antea natum Hungarum credidi, hoc nunc casu alium esse didici. Non mihi placuit, quod Caluinianorum opera vsus sit, de quo ipsum aliquoties admonui. Sed excusationem probare debui. Haec praemitto.

»A' mit Görög eránt tudakozol, hogy tudni illik miképen történt légyen, hogy kiesett szép hivataljából: arról sokféleképen beszélgetnek itt az emberek. Némellyek azt állítják okúl: mivel nem magyar, hanem orosz származatú, a ki is elhagyván Orosz hit vallását, inkább közelgetett a' Reformatusokhoz, mint sem a' Pápastákhoz; mivel tapasztalt dolog, hogy különös hajlandósággal vólt mindenkoron azokhoz, a' mint tennen magad is tapasztaltad. Ezt tehát fel vévén, mind a' Világi, mind pedig a' Papi Renden lévő Urak, nem ítélték tanácsosnak lenni: hogy az örökös Hertzegnek nevelése, 's oktatása illyen emberre bizatassék. Némelly Politikusok pedig így vélekednek. Emlékezel még, hogy az utolsó Diéta alatt némely polgárok, 's parasztok, imitt amott nyughatatlanoktak; sőt Deputatusokat is küldöttek Pozsonba: hogy, vagy igaz, vagy képzelt terheknek könnyebbülésöket meg nyerjék.« Hic motus et te sol-

licitum reddidit in tuo Rátóth, vt Posonium quantocyus deserere deberis. »Ezen a' történeten megütközvén némelly meszszebb látó Politikusok, azon mozdulásnak eredetét vizsgálván, azt állították, hogy az más-honnét nem származhatik, hanem csak épen az úgy nevezetett Aufklärungból; mellynek származását, előmenetelét, és szaporodását, a' *Magyar Újság*-nak Országunkban való elterjesztésének főképen tulajdonították; jól tudván hogy ezen Újságok majd nem minden faluhelyen a' községtől olvastatnak; melly alkalmatossággal, úgy mond, a' jobágyok sorsokat, s' állapotjokat, egybe vetik más országbeliekkel.« In *Nona Hungarica*. vehementius invecus est saepe me etiam audiente Ignátzius Almásy, Aulicus Consiliarius; et his omnino de caussis, si per ipsum staret, inhienda voluit. Oblata hac occasione certe non tacuit tam feruidus vel ante Diaetam Nouorum Oppugnator, nullo adhuc tam conspicuo rusticorum motu. »Azon felül nagyon tartottak Görögnek számos Correspondiajától, híretől, esztől. Hogy tehát jó móddal le üssék lábáról, mézes madzagot húztak keresztül a' száján, és a Hertzegnek nevelésére hitták; de hogy nem volt igaz szándékok, ki tetszik abból, hogy el sem kezdhetette oktatását. Most azzal a' reménységgel táplálják, hogy a' kisebb Hertzeget, a' ki most négy esztendő, a' Magyar nyelvre fogja tanítani, de *semmi egyébre*. De ezzel arra köteleztetett, hogy az *Újság írásról* le mondjon; a' mint is már által adta Detsinek a' Praenumeránsait. Detsitől nem igen tartanak, nints is ok reá, mert gyáva ember. De attól tartok, hogy legelső alkalmatossággal — ej pedig be könnyű azt találni — ő kegyelme alól is el huzzák a' gyéként, és így — 's a' t. De vallyon mit gondoltak akkor ezek a' nagy fejű Politikusok, a' midőn majd nem minden újságokban nagy pompával ki hirdették a' Frantzia siralmas történeteket, és még az *Ország Constitutioját* is? De jobb hallgatni. Mi légyen ebben igaz, mi nem te lássad.«

Idem ego et te moneo. De Görögio quidem talia molimina ne suspicari potui; neque credam vsquam illi talē aliquid affigi posse, nisi iniuria, et per inuidiam. Inuidiosa visa est multis eius promotio. Et alto loco positus, Deum bonum! qui colores dari possunt a maleuolis, res innocentissimae quomodo in partem malam detorquentur. Quaecunque sit eius origo. Vir mihi bonus est.

Wolfgangus noster his omnino diebus dedit ad me epistolam satis prolixam. Totum se in Dei voluntatem resignans tranquillus viuit, nihil sollicitus eorum, qua Budenses minantur. Suspicio singularem pietatem Viri optimi. Audi praeclaram eius occupationem. »Quid agam, quaeris. Saluberrima montis huius aura recreor, et praeter ceteras literas. Versionem *Historiae illius temporum fabulosorum verae* persequor. Quo vltorius progredior, eo mihi magis placet. Neque futuram inanem meam in vertendo operam spero. Est hoc Opus a Gallo quodam Presbytero egregie concinnatum: legi et ipse dum sum Sopronii moratus. Herodotum totum euertit, et quae iste de Aegyptiis tam antiqua fabulatur, ostendit de Moysis Libro esse desumpta et deprauata.«

Felix alleluja tibi, et nostris amicis, etiam Fideli Theresiae. Vale, et viue beatior. Pestini 10. Aprilis, 1803.

73.

Nicolaus Michaeli Svo Salutem.

Diu iterum tacemus vterque nostrum; tu fortasse rerum tuarum expectatione suspensus; ego vero et crebris occupationibus, et molesta inuisentium frequentia, et quod his multo grauius est, continua interea aegrotatione obrutus. Amice! *iam falcem admouit mihi mors alius inhaerentem.*¹ Praestolor, quando sit vim postremam adhibitura. Aurea vena, vitae sedentariae comes infelix, misere me perdidit. Ingens eius tumor, de quo iam questus sum, fistulam mihi attulit. Malum, quod curari non potest, nisi sectione chyrgica. Haec periculosa est, parte tam delicata, et complexione mea tam debili. Malo itaque vitam protrahere, quamdiu potuero, huiusmodi cura non tentata. Acer fistulae fluor degenerabit in tabem lentam. Interea maturabo saltem eorum editionem, quae parata habeo. Debemur mori. Satis diu vixi, si ea praestitero *Patriae*. Secedam *nullo singulari laborum praemio ornatus*. Vnicum me solatium committabitur, conscientia rectorum conatuum. Impedimenta, quae hos morabantur, remouere non mearum fuit virium.

Quae est ista temporum, vel hominum potius iniquitas? Quot sentimus, laudari quidem merita, dum nihil petimus; dum vero praemiorum sequi deberet promissa series, ea multis machinationibus alio deflecti? An non merito indignemur vel iis auditis, *quae modo premunt aduersa Tóthium nostrum*? Resolutione Regia decreti sunt illi floreni annui quadringenti; trecenti vt Jesuitae, centum his superadditi in praemium laborum per annos 29 egregie exantlatorum. Factum est et hoc contra Consilii Mentem Excelsam. Ea enim nihil dari voluit. Et est adeo pertinax, vt hanc etiam parcam omnino Resolutionem nolit exequi. Nouam parauit Representationem, Cancellariae submittendam: Tóthio nihil omnino dari posse ex Fundo Publico. Cur enim decessit ante tempus de Statione sua, non consulto Consilio? Cur non acceptauit Directoratum Sabariensem, deinde Quinqueelesiensem? Nondum est fracta valetudine: quomodo enim difficilium obire posset munus apud Benedictinos? Vides, qui hic impetantur. Infelix eras boni consilii auctor; ego infelix instrumentum; infelix laudator facti, infelix protector ille, scis, quem intelligam. At iste se inter ponere debet. Heri exaravi literas paulo vehementiores, dolore animi; ne desit vir rebus auspicio suo coeptis. Indigna sunt, quae inuidia, Benedictinorum restitutione excitata, adhuc molitur: vt viros etiam innocentissimos, de re communi optime meritos, sic vna vexet. Vbi est sensus boni communis? An non etiam in Sancto Martino hoc ipsum curat Tóthius? Nolumus Jesuitas, homines periculosos, *rebus publicis et priuatis sese ingerentes*: nolumus Piaristas dissolutos moribus; nolumus Benedictinos, montium, et camporum asinos. Quos ergo vultis? Adhucne illos iuuentutis corruptores, qui Patriam iam iam perdiderunt?

¹ Ugyanezt írja Mártonffy püspöknek magyarul 1803. jul. 22. »A halál már belém vágta a kaszáját: csak azt várom, mikor ránt le egészen a talpamról.« Török János »Hazánk« cz. folyóiratának 1858. évf. 363. lapján Danielik János »Révai Miklós emléke« eredeti levelekben.

Vides, quam adhuc indignor. Hoc quidem non apte ad valetudinem meam. Sed quem non vel semimortuum moueant haec tam indigna?

Satis de his; mitiora loquamur. Vt ad te scriberem, monuit me Zimányius. Promisit se literas, et quiquid adnecterem, ad te fideliter delaturum. Adnecto itaque quosdam versiculos meos Hungaricos, Piaristarum caussa factos. Tantum translator sum in his, vt posebar. Et postremos quidem vtinam et meliore valetudine, et tempore non ita coarctato vertere potuissem! Sed iam iacta est alea. Non multum mihi decedit, paruo vtique et alias, vel saltem mediocri Poetae. *Non sum Arcas*. Non, vt Tertina de se vel nuper ad Bonaparteum, magno ore cecinit, improlixissima de huius Herois laudibus Elegia sua:

Quae Nymphae Eperjes Gnatus, Jenaque Sodalis.
Cassellae, Erlangae, Lipsiae item Socius.

Quo non euadunt Poetae nostri promotore Aesthetico nostro? Nuper et mihi iniicere tentabant huius tantae gloriae cupiditatem. Quod cum ego ridendo excepissem; addebant se, me inuito, elaboraturos, vt eo euehar. Indignabundus reposui: *Mihi summae esse gloriae, me Hungaricae Vniuersitatis Socium talem haberi a Collegis*; qui hoc, quod profiteor, egregie sustineam.

De versibus tamen Tertinae Poetae, quod tu leges iudicium Romanum cuiusdam Carmelitae in Periodico Scripto Germanico! Dices Romam corruptam, quae carmina omni sensu tenero carentia, arida, hiulca, adeo potest laudare. Mitto et horum quaedam, vt ea legas, cum tibi velis bilem moueri.

Quid agunt amici nostri? Saluto singulos. Etiam Theresiae tuae multa bona dicta velim nomine meo. Memor sum sollicitae curae, qua me aegrotantem fouit. Te vero amplector, et disuauior. Nolis me, migraturum proxime in orbem alium, tuo interea affectu amico priuare, dum hic moror. Confabulemur in posterum tanto frequentius, quanto celerius postrema imminet hora. Viue, et Vale quam optime.

Pest. 15. Junii, 1803.

74.

Nicolaus Michaeli Suo Salutem.

Zimányius redux ad vos petiit a me: vt literas, siquas ad te scriberem, ipsi committerem, tibi fidelissime tradendas; quod esset re, et honoris, et grati animi caussa, certo inuixurus. Scripsi, et adieci quaedam Carmina Tertinaiana; vt sensum meliorem combiberes. Si nondum haec habes, haerent certe cum Zimányio apud Bajzáthium in Sancto Georgio; quo ille tum satis fractus properauit, nouo morbi ictu percussos. Vides, quid homo sit. Fere eadem est et mea, quae Zimányii sors. Iam delibor, et tempus resolutionis meae instat. Morbi mei grauitatem perscripsi in iisdem literis. Omne solatium meum hoc erat: quod conspicuo positus loco, postremis vitae diebus, laboribus lucubrationes meas tandem edere possim, accedente subsidio Regio; de quo Commissio, et Excelsum Consilium, Opinionem depromsit fauentissimam. Multum fidebam Patroni mei

propensione. Huius omnino approbatione incepti editionem apud Trattnerum: facta, vt scis, contractu pecunia etiam anticipato; quam, et tua benevolentia auxit, et nomen meum tabellis subscriptum, ad florenos 200. Opus iam feruet. *Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumen I.* proxime absoluetur: vt futuris nundinis Pestinensibus venundari possit. *Elaboratior Grammatica Hungarica, ad genuinam Patrii Sermonis indolem fideliter exacta, Affiniumque Linguarum ad miniculis locupletius illustrata*, quae philyras prope 60 expletura est, aequae sub prelo sudat. Hoc opere cupio lites Grammaticas sistere; daturus postea *Compendium Grammaticae*, quod a me poscitur, in *Vsum Scholarum*. Vtriusque prioris Operis mei pretium efficit florenos prope 1500. Tantum debebo Typographo, demtis 200 florenis iam anticipatis. Subsidium Regium 1000 florenorum erat hoc onus egregie leuaturum. Sic certe sperauimus. Nunc audi horrificam conuersionem. Viennae hoc subsidium mihi denegatur. Patronus me protegere non potuit. Dura tempora omnem pecuniam publicam in necessitates status cogi iubent. Quare ego, quod maxime horruí, ad Regiam Typographiam Budensem relegor. Illa imprimat Opera mea suis sumtibus; mihi pro philyris singulis pendat 6 florenos, et de singulis voluminibus donet exemplaria 50.

Quomodo hoc nunc fiat contractu cum Trattnero facta, et editione iam incepta?

Deinde quomodo accedam ad conditionem iniquissimam quam Budensis Typographiae crudele Monopolium imponit? Hanc ego iam antea sum deprecatus a Lakitsio mihi propositam. A Regis Clementia alios speraui fauores, quam quos Lakitsius dare potest.

Typographia rapuit Scriptoris proprietatem sanguineo sudore partam: sibi eius editione millia congregat, leui opera mechanica. Scriptoris operam exiliter rependit. Eum postea a praemio ampliore excludit. Quid enim petam? Augmentum salarii? Hoc certe egeo nunc quam maxime. Obuertent illico, mihi iam satis factum esse remuneratione a Typographia data.

Haec vero nulla est remuneratio. Nam 6 floreni a philyris pendendi ne sumtus quidem mihi refundunt, quos facere debui in libros necessarios, in itinera, vt ad scopum meum pertingam. Iam 50 exemplaria quid me iuuant, quae Patronis debebo gratis distribuere?

Vbi est tanti laboris pretium internum? Non exscripsi haec, vt dicunt, de papyro ad papyrum. Non paraui opus, vt *parari potest Philosophia, Theologia*, et alia, praeuentibus in simili genere exemplis iam millennis. *Glaciem fregi*.¹ Singularia, rara, non adhuc audita protuli, sine exemplo, improbo labore; ex ipsis linguae nostrae adytis arcana erui momenti maximi. His, vt mihi blandior, *vel apud exteros crescat gentis nostrae gloria*. Figetur tandem etiam vaga Grammatica nostra.

Iam intensionem laboris adiicio. Viginti annos sudaui et alsí. *Nocet in dies conuerti*. Sessione perpetua me iam totum attriui. Attraxi

¹ Ő maga is úttörőnek tartja a munkáját.

aureae venae tumorem inmanem non iam curabilem: huic accessit virulenta fistula, mortis meae acceleratrix.

Crudele monopolium Typographiae Budensis trucidat Scriptores nostros; qui animos amittunt ad insignia conamina. Haec enim praemiis incitantur momentosis. Liberalis mens remittit mancipium esse auari domini. Hoc monopolium decori est genti nostrae apud exteros. Sine rubore non possumus memorare, apud nos pretiosissima quaeque opera 6 florenis redimi solere per philyras a Regia Typographia.

Petii florenos 1000 ad initium faciendum editionis meae, reliqua ex his redditibus postea sensim producturus. Hos florenos 1000 quanto foenore obligabar rependere! Lakits condiciones mihi posuit, iam lege firmatus: *Grammaticam in Vsum Scholarum* Typographiae Budensi dandam esse. Hanc secuta fuisset itidem *in Vsum Scholarum Chrestomathia Hungarica*, deinde *Sylloge Exercitiorum*. Très hi Libelli intra paucos annos decuplo restituissent istos 1000 florenos. Nam in Gymnasiis et Academiis Hungariae Auditores Linguae Hungaricae quotannis numerantur *sexies mille*. Hi quot atterunt libros annue! Resolutionem Regiam, mecum via sua proxime communicandam, demisse, et modeste deprecabor, expositis tot meis rationibus certe grauibus. Videbo, quo postea res ista euasura sit. Nunc certe valde adhaereo. Vides, quomodo mihi colluctandum sit, quem satis vtique premunt continui labores, et morbi vis in dies magis increscens. Quid speremus pro recte factis in tanta temporum et hominum iniquitate?

Multum sum de tua etiam re sollicitus. Scio candidationem posteriorem. Prouehitur *Rostius*. Tu secundo es loco. Sed hic spero te primum futurum, Ve eum quid postea Vienna faciet? Rozsos pro suo Rostio tentabit certe omnia. Dicet iste, te meritis conspicuum vrgere posse etiam serius fortunam tuam, et honores tibi debitos certe aliquando venturos esse. Sed Rostio nunc consulendum esse, dum is adhuc Viennae est; illo inde promotus seu Vaurinum, seu Vatum, Rostium sors manebit obscura. Haec quosdam mouere poterunt; vtinam non Patronum nostrum, qui vtrumque intime nouit!

Volfgangus noster iam liber est a vexationibus, et contentissimus viuuit. Certiorem me de his reddidit et Patronus, et ipse Volfgangus. Habet resolutos sibi florenos 400 titulo pensionis: itidem *400 ab Archiabbate*, praeter liberum hospitium, gratuitum victum, et omne seruitium necessarium.

Klobusitzkius Colocensis narrauit mihi, se a te grauius fuisse exceptum ob negatum mihi subsidium mutuuum. Excusauit se. Reposui breuiter: *nugae nugarum!* Quomodo ego vrgeam hominem, qui audita petitione mea, et adnexo mandato tuo, sic illico me occupat: pro absinthio numero statim pecuniam, et petitionem meam silentio praeterit. Vtinam presistes et tu hunc dolorem. Sed chartam iam compleo. Vale, et me ama, dum adhuc viuus; deinde *memoria bona mortuum recale*.¹ Pestini 13 Iulii 1803.

¹ Már folyton a halál gondolatával vesződik.

Inchoavi et alterum folium, sed continuationem impedit morbi recrudescens molestia. **Accepto** lenimine prosequar. Debeo tecum communicare **destinationem** meam. Nunc ita lege.

75.

Nicolaus Michaeli Suo Salutem.

Petiisti a me, vt mei operis Tomo aliquo tuum quoque nomen immortale redderem in Patria. Carmina mea fugientia erant; sed Volumina mea aetatem ferent. Tanta istis tribuis. Si quid valitura sunt, tibi honorem debitum a me, neque monitus, iam destinavi. Priora Volumina, qua subsidium publicum promissum habui, Principi nostro Clementissimo, et Palatino, debebam consecrare. De mediis postea vnum tibi dedicatum iam habuisti. Sed vide rerum conuersionem. Deseror a Publico. Vos priuati, in quibus semper maior est publici boni sensus, mihi succurritis, et in his tu praecipuus, et princeps es. Habes itaque et honoris locum principem. Mitto tibi dedicationem familiari epistola, vt ipse voluisti, comprehensam. Affectus in ea loquitur. Si quid addendum, mutandum, in ea putas; adde muta, vt tibi lubet, ac si res esset tua. Sed me quantocyus de his certiore reddas, velim; ne editio adhaereat, quam propero; vt hoc volumen futuris nundinis iam dispergi possit.

Verum, mi Michael! age et hoc: vt mihi sumtus reliquos, quos Tipographo finita editione secundum contractum statim rependere debeo, benigne suppedites. Est mihi hoc titulo opus florenis adhuc 300. Noui res tuas: non te premo. Adde, quod commode addere potes. Sed reliquum tuo nomine mutuo leua pro me. Nam nomen meum apud alios exile est. Tibi debebo. Certissime rependam. Nam fiducia me animat, pecuniam affuturam breui tantam ex Operis huius distractione: vt et tibi satisfaciam, pro me aliis obligato; et Volumen alterum iam felicius prosequar. Rumpe obices et tolle moram omnem. Succurrere amico, clienti! Gratum me et posthac experieris, gratam etiam posteritatem. *Quantum praestabis Patriae!* Plura scribere prohibeor temporum angustia, et morbi mei molestia. Vale, sed me quantocyus solare. Pestini, 16. Julii, 1803.

REVERENDISSIMO DOMINO ¹
MICHAELI ANTONIO PAINTNER,
PRAEPOSITO
BEATAE VIRGINIS MARIAE DE RÁTÓTH,
INCLYTORVM COMITATVVM
² SOPRONIENSIS, VESZPRIMIENSIS, VARASDINENSIS
TABVLAE IVDICIARIAE
ASSESSORI,
ORPHANALIS DEPVATIONIS
IN INCLYTO COMITATU VESZPRIMIENSI
PRAESIDI
JOANNES NICOLAVS RÉVAI
S. P. D.

¹ Ezen ajánló-levél, melyet az »Antiquitates« első kötete elé nyomtatott Révay, egész terjedelmében van meg a Paintnerhez intézett levélben. A változókat, melyeket kinyomatása előtt tettek rajta, jegyzetbe foglaltam.

² Albensis.

Prodit tandem in lucem, et in tuo quidem nomine, amice Michael! lucubrationum mearum, quae Linguam Patriam explicant, occasio, et principium: duae Allocutiones Funebres aevi remotissimi, Commentario Grammatico illustratae; vnde hoc natum est Antiquitatum Literaturae Hungaricae Volumen I. Si hoc opus meum, et quae sequentur postea, grata sunt aliquando futura Civibus nostris; qui sermonem patrium penitus euolutum, geminae indoli suae restitutum, et excultum esse, sincere, atque ex animo cupient: nolim istos ignorare, hanc sibi iucunditatem, quam olim percipient, te praecipuo Vindice seruatam esse. Ita debetur tibi a me meriti tui gratia: vt me, hanc tibi persolvere volentem, adiuuare debeat ipsa etiam posteritas.¹ Huius enim caussa me diu multum desudantem, sed iam prope desperantem de laborum successu, ad faciendum editionis initium, tua prae ceteris erexit prompta liberalitas, excitata et amore erga me tuo, et eximia in Patriam pietate.²

Iam sextus et vigesimus labitur annus: ex quo mutuam colimus amicitiam. Haec mihi eo est suauior, tibi vero etiam in laudem vertit eo maiorem: quod tuam in me propensionem, Viennae pari fere vtriusque conditione natam, tua splendidiore postea fortuna, mihi licet humiliori, non tamen vsquam senserim imminutam; sed increscentem potius, rerumque mearum saepe opportunam expertus fuerim adiutricem. Sic mihi contigit te eundem, et Amicum, et Patronum habere. Et est mihi mirum in modum volupe, tibi, et amici, et grati animi officia reddere. Vtroque hoc sensu commotus iucunde soleo memorare: quae mihi a te sint praestita amore, et protectione tua. Complurium tu mihi, doctorum, et illustrium Virorum conciliasti amicitiam.³ Tibi refero in acceptis, Optimi Hebelei,⁴ Celeberrimi Prayi,⁵ et cumprimis Immortalis Denisii⁶ animum, dum vixerunt, in me propensissimum. Confudisti praeterea quorundam fastum atrocem: qui omne genus hominum veste dispar contemnendum putant. Iam cecini tuam hic, et tui, meique olim Denisii virtutem.

Tu meliora tenes: animi nam recta tuentis,
Et non pallioli, te trahit aequus amor.
Non toga, non vitae hunc ratio diuersa mouebat?
Sic fugit vitium, vane popelle! tuum.
Soli virtuti, cultu quocunq; lateret,
Et meritis studium detulit ille suum. —

Haec tu pugna, omnino humana, me defensum a calumnia iniquius furente, acceptiorem reddidisti communi nostro Patrono: quem Deus Optimus Maximus, rebus bonis pro more suo sollicitate, ac benigne fauentem, diu incolumen, et florentem seruet!

Non possum silentio praeterire frequens hospitium in secessu tuo,⁷ multis nominibus mihi gratum. Hic enim quoties est suavi colloquio tuo afflicti animi mei moeror leuatus, et curae edaces longe fugatae? Hic ego, studiis meis rediuuius, quae menti cupidae reperi nutrimenta in penu illa sacratiore, rara bibliotheca tua? Vteris hac ipse insigniter, et quod tibi reliquum est tempus a publicis muniis, domesticisque occupationibus, labori consecras literario: quo Patriam, Institutumque tuum,⁸ Pius Alumnus, et Fidus Socius, ornandum sumisti. Vis porro eandem et amicis literatis, non modo patere; verum, si quam partem poscant remotiores, etiam commodatam esse. Sed ad me redeo. Morti

¹ Adiuuari oporteat ab ipsa enim posteritate.

² Et pietate in Patriam commemorabili.

³ Tuum hoc est munus, quod honeste gloriari possim, horum cumprimis animum, dum vixerunt, fuisse in me propensum.

⁴ Graeaeque doctissimi, in Theresiana Academia Viennensi Vestri olim Prodirectoris.

⁵ Rerum Hungaricarum Scriptoris Celeberrimi.

⁶ Non tantum Austriae sed totius etiam Germaniae Principis. Et immortalis Bardi.

⁷ Rathóthiensi, cui per Te. Herum prudentem et venustum, conueniens accessit cum utilitate coniuncta amoenitas.

⁸ Bonus civis.

mihī vicinā ereptus, tertio abhinc anno, cum apud te conualescerem, quae hic accepi fractae valetudinis amica fomenta?

Non taceo alia saepe auxilia angustis rebus meis a te benevole, ac promte suppeditata. Sed de hoc genere summum est recens beneficium tuum. Lucubrations meae de Lingua Patria iam dudum haerent. Tuli antea, de quo mihi et tu testis es, animo aequiore moram editionis spe meliorum temporum. Sed cum ista mihi neque imposterum benigniora praeuiderem futura; et noui morbi in tabem degenerans natura mortem mihi imminentem non dubie acceleraret: cepi anni aegritudinem hoc morbo meo longe grauiorem; quod Patriam, mihi rerum omnium clarissimam, fructu laborum meorum fraudatam essem relicturus! Verum tu mihi, hoc dolore aegrius ardentis, opportune succurris; et subsidium, iam antea sponte promissum, nunc etiam vltro offers. Eo curam omnem, amice, ac sollicitate conuertis: ne mihi grauius accidat aes alienum; quod contrahendum suasit audax consilium postremum: vt hos paucos fugientis vitae dies, eorum saltem, quae praecipua essent, maturandae editioni impenderem. Hoc ergo Volumen I. continuandae, vt iam spero, editionis principium, quod tu cumprimis, et temporum iniquitati, et ingratae morti, promptissima beneficentia tua praeripis, et in lucem proferendum curas, tuo munere seruatus Patriae.

Qua in re, praeter amicū tuum in me animum, etiam pietas tua in Patriam insigniter est conspicua. Vidisti enim istis praecipue operibus meis, quo tuo iudicio valde oblector, nam horum equidem satagebam quam maxime, multa esse interspersa Linguae nostrae arcana reconditoria: quae, si in lucem prodeant, non solum nobis sint iucunda, quod sermonem nostrum mirifice illustrent, ac legibus figant certioribus; verum etiam exteris probata opinionem de eo mitiorem inserant? Tu itaque pius cuius iudicasti prae ceteris, et hunc Patriae fructum, cum certa gloria coniunctum, sed iam iam fugientem, celeri ope tua esse retinendum. Recte enim sentis, quod malo fato, proh dolor, quam paucorum est! ad pietatem, quae Patriae debetur, et hanc sollicitudinem pertinere: vt linguam communem, et propriam, qua gens nostra a ceteris distinguitur, ab interitu, in quem inclinat, reuocatam, et omni excultam studio, latiusque prouectam, diu florentem habeamus. Tum vero et reliqua, quae feruidius aguntur in tuenda nostrae gentis praerogatiua, eo certius persuadentur sinceræ esse pietatis.

Ita sunt et tua gesta, in Inclyta cumprimis Prouincia Veszprimensi, multo illustriora, et populo nostro longe gratissima: quod tua in Patriam pietas, hoc primo iudicio patefacta, fiduciam in animis excitauerit. Eo est illa luculentior, diuisa in eos, quos Patria communi complectitur sinu, imbelles ciues, Prouinciae vestrae pupillos. Orphanalis Deputatio, vester iste rari exempli Pius Magistratus, te Pio Praeside, quam salutaria quanta cum religione agit? Horum bona fama permotum est Excelsum Consilium Locumtenentiale Regium; et Pii Instituti Rationem, quam vos tenetis, anno superiore videndam postulauit: quod ea pro norma singulari proponenda iudicaretur. Egregiam vero laudem retulistis: quod Ratio vestra nihil omnino contineret aliud, nisi Leges communes Patriae; sed viueret, vtilisque esset pupillorum rebus, vestra in exequendo fide integerrima, acri vigilantia, feruore indefesso. In sanctissimo hoc munere tu praecipuus palam indicaris. Publica vox est: tibi cumprimis acceptam ferri rem pupillorum ab inhiantē rapacitate vindicatam, conseruatam, et pulchro foenore auctam; teneros item animos recta educatione prouide institutos, vitam bonis moribus mature imbutam.¹

Deus, pupillorum Pater, exaudiat quantocyus horum preces pro te ardentē fusas: vt, debitos insigni tuae virtuti honores consecutus, habeas diu benefici tūae voluntati eximiae parem etiam facultatem! Praeclare tum consules et *Patriae Literaturae: cuius iam exordia, re tenuiore, tam amice, tamque pietuitus es.*²

¹ Publica et communis est vox ista: quae Tibi Veri Orphanorum Patris et praeconium tribuit, et testimonium impertitur longe pulcherrimum, Viro Sacerdote dignissimum.

² Efficaciterque promovisti re quidem tenuiore; sed quae, prudente oeconomia et sobria frugalitate tua, tantum tamen semper suppeditat; ut amicis etiam pupillisque Tuis commode subuenias.

Vale, mi suasissime Michael! quam optime, et mihi quam diutissime superstes; neque tui amantissimum, dum adhuc vivo, redama; mortuum postea, quod breui futurum iam nimium praesagio, pia memoria prosequere. Scripsi Pestini, Mense Julio, Anno MDCCCIII.

Közli: DR. RÉCSEY VIKTOR.

JÁSZAI PÁL NAPLÓJA.

— Tizennegyedik közlemény. —

29. Szombaton. Reggel 6 órakor Szirákról kiindulván 10 órára Kis Bagra értünk; Sámuel Gróf már akkor ott volt s Üzseni is ugyanakkor megérkezett a komornával; s mikorára már mi megebédeltünk, akkor érkeztek a Grófék mindnyájan, — délután mintegy 6 óra tájban be értünk Pestre, legelőször is Apostollal találkoztam a ki feljövén hozzám, alig mondotta ki, hogy Patay Jancsi Pesten van a midőn Jancsi egyszerre csak belép, — kérdezőn hogy hol jár? — azt felelte, hogy engem akarván látni elszökött az apjától éjszaka, ekkor nálam keveset mulatván, elment a theatumba, theatrum után ismét eljövén hozzám, holnapra meghitt Patay Józsihoz ebédre, s együtt elmentünk Bay Miklóshoz, s ott találtuk Kandó Ferit is, a ki nagyon megbosszantott, mert midőn vacsorára csengtetek én is lementem, s a mint meglátott, ezt mondotta : „No! hál' Istennek, a Tekintetes úr is itt van!” s én ezért megharagudván, bár nagyon hitt vissza, vacsorálni be nem mentem. Igen szép tiszta meleg idő volt.

30. Vasárnap. Délig holmimat pakolgattam, Jancsi korán nálam termett, s ez éjjel imitt-amott, talán nem is a legjobb helyeken kószálván, még levetkezett s lefeküdt, Azután elmentünk Patay Józsihoz, s Jancsi azt nyilatkoztatván ki, hogy nékie az én kedvemért nagy vágyása volna a Cancelláriához menni, nagyon kért, hogy ne hagyjam benne ezen jó gondolat szikráját elaludni. Jancsi azonnal el is jött velem a Grófhöz megtudni azt, ha vajjon a Cancelláriához leendő, bejövételre szükséges-e a Prókátori Censurát letenni, — s a Gróftól azt az értesítést kapván hogy szükséges, azt mondotta, hogy Novemberben fel jön Pestre s letevén a Censurát, a tavaszra még Bécsben lesz; be ment a Grófnéhoz s kérte hogy ajánlja Reviczkynek. Én a Grófhöz bemenvén, azt mondotta, hogy sebes kocsin menjek fel utána mennél előbb Bécsbe, s ha csak lehet semmit se késsek, a leendő szállásunk nevét fel irta (Universitäts-Platiz, Pidolisches Haus) s 50 ftot adott a kezembe uti költségre, azzal az ígérettel, hogy Bécsben egyéb költségeimről külön fog számolni. Én ebédre Jancsival elmentem Patay Jósához, s onnat visszajövén, megvártam míg a Grófék elindultak mindnyájan Pomázra; azután elmentem Balogh Imréhez a várba, a hol találtam Vidát és Sós Jancsit. Itt Imre hosszasan elbeszélte egy bécsi k... vával való romános szerelmeit, a ki magát Kállay kisasszonynak adta ki, s már jegyet is váltott vele, s kevésbe mult, hogy el nem vette; annakutána a Fortunához mentünk vacsorálni, s ottan az ő »praeclarus« Calculussát be ittuk. Szép tiszta meleg idő volt.

Október 1. Hétfőn. Reggel átmentem Budára a Postára, megtudni,